



1795, 11.
PROCANCELLARIVS

D. CHRISTIANVS GOTTLOB
BIENERVS

CYRIAE SVPREMAE ELECTORALIS SAXONICAE ET FACVL-
TATIS IVRIDICAE ADSESSOR INSTITVTIONVM IVRIS
CIVILIS PROF. PVL. ORD.

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES

VIRO DOCTISSIMO

FRIDERICO AVGVSTO EICHHOFFIO

IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREO

A. D. XIX. MAJI CIOIOCCCLXXXV.

H. L. Q. C.

IMPERTIENDOS

INDICIT.

Praemisso obferuationum iuris publici et feudalis

ſpecimine III.

*De iuribus viduae ciuicae in feudis praefertim Saxoniciſ
marito feudi poſſeſſore mortuo.*

PROFESSOR

CHRISTIANUS GOTTLIEB

BIENHOFER

ORDINARIUS

PHYSICUS

1775

SENIOR

PHYSICUS

FREDERICUS AUGUSTUS RICHTER

PHYSICUS

PHYSICUS

1775

PHYSICUS

PHYSICUS

PHYSICUS

PHYSICUS

PHYSICUS

PHYSICUS



DE
IVRIBVS VIDVAE CIVICAE IN FEVDIS
PRAESERTIM SAXONICIS MARITO FEVDI
POSSESSORE MORTVO.

Late patent multisque modis prout leges et consuetudines singulorum territoriorum constituerunt, variant et discrepant mulierum successiones, et si in vilo, in hoc certe iuris articulo contendere potest, Germaniam regi iuribus particularibus. Equidem hanc scribendi opportunitatem nactus locum ex iuribus patriis breuiter, nam vix ac ne vix quidem triduum idque nec ab aliis negotiis occupationibusque vacuum mihi datum sentio, tractandum mihi sumo.

Constat idque singulari libello BOEHNIUS *de ciuibus praesertim Saxonis feudorum equestrium capacibus*. Lips. 1784. ex legibus historiaque patria demonstrat, ingenuos omnes, quos ciues vocamus, in iure acquirendorum et possidendorum feudorum equestrium nobilibus plene equiparatos fuisse, ideoque non super vacuum puto quaerere, an viduae ciuicae eodem iure atque nobiles, in praediis virorum equestribus gaudeant? id quod ex facto quaesitum memini.

§. I.

Quae nobilis, quaeque ciuica dicatur vidua, enarratur.

Nobilitatem aut natalibus aut codicillis Caesareis in Germania adquiri, manifestum est, virgo igitur et puella nobilis ea sola recte vocatur, quae aut natalium iure aut decreti Augustalis priuilegio

hanc generis praerogatiuam adepta fuit; sed in vidua nobili et ciuica definienda, aliae ineundae sunt rationes, hanc enim ex solo mariti genere et nobilitate existimandam puto. Itaque viduam nobilem dico, quae viro nobili nupta fuit, neque referre arbitror, vtrum talis natus, an factus et rite creatus fuerit, modo ante mortem hoc generis incrementum acceperit. Quod si igitur vidua ciuica, defuncto viro, nobilitatem impetrauerit, aut si filius cum maioribus suis ad hunc dignitatis gradum euectus fuerit, dubitari quidem nequit, quin illa splendore nobilitatis coruscet, nec tamen in loco nostro pro vidua nobili reputabitur. In his enim commodis acquirendis tempus mortis maritalis spectatur. Ex quibus facile intelligitur, eam esse viduam ciuicam, cuius maritus ingenuus quidem, sed nobilitate destitutus fuit. At enim omnino moueri potest dubitatio, ane potius natalium ratio haberi debeat, cum nosmet ipsi concesserimus, aut his folis aut codicillis Caesareis dari nobilitatem? Quae quidem quaestio, si nobilis nobilem connubio sibi iunxerit, nullius momenti est, sed si aut puella nobilis viro ingenuo, aut virgo ingenua viro nobili nupsit, vtilitate et effectu non destituitur.

Iura Romana genus ac honorem vxoris ex sola mariti dignitate aestimandum definiendumque sanxerunt, receptaque fuit sententia nobilitatem feminarum matrimonio augeri atque minui. IMPPP. VALENTINIANUS THEODOSIUS et ARCADIVS A. A. A. L. 13. C. de dignitatibus, aiunt: *mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus et forum ex eorum persona statuimus, et domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis virum postea sortitae fuerint, priore dignitate priuatae, posterioris mariti sequentur conditionem.* Idem repetitum legitur L. 9. C. de incolis, atque IMPP. DIOCLETIANUS et MAXIMINIANUS A. A. L. 10. C. de nuptiis, in haec verba rescripserunt: *cum te non ex senatore patre procreatam, sed ob matrimonium cum senatore contractum, clarif-*

sumae feminae nomen adeptam dicas, claritas, quae beneficio mariti tibi parata est, si secundi ordinis virum postea sortita es, redacta ad prioris dignitatis statum deposita est; atque id ipsum etiam IMP. ALEXANDER A. L. 1. C. de dignitatibus respondit. Itaque IUSTINIANUS eadem principia Novella XXII. cap. 36. et Novella CV. cap. 2. secutus est. VLPPIANUS, qui L. 8. D. de senatoribus, idem sensit, l. 12. c. l. his verbis exceptionem subiunxit: nuptiae prius consulari viro impetrare solent a Principe, quamvis perraro, ut nuptiae iterum minoris dignitatis viro, nihilominus in consulari maneant dignitate, ut scio Antonium Augustum Iuliae Mamaeae consobrinae suae indulgisse.

Germani alias olim secuti sunt rationes. Nobilitas enim antiquitus ex re orta, deinde per munera publica, quibuscum regimen iunctum erat, collata, facile amitti poterat, neque enim ipsi generi inesse, sed extrinsecus accessisse putabatur, post feudorum successione autem, quod in COMMENTARIIS *de origine et progressu legum iuriumque germanicorum P. II. Vol. II. §. 8.* praeterire non potui, paulatim a re et munere seiuncta pro accessione generis et personarum ita habita fuit, ut neque perimeretur neque acquireretur matrimonio. Itaque nullus dubito ad LUDEWIGII in *disquisitione de dignitate uxoris Opusc. Misc. P. I. p. 1147.* et CRAMERI *de iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae p. 117. et p. 215.* sententiam transire, negantium connubio augeri aut minui generis nobilitatem. At enimvero haec iuris patrii sanctio aut si maius consuetudo duntaxat in iis, qui vera et avita nobilitate coruscant, seu in nobilibus primae classis, quam vocamus nobilitatem superiorem, obtinuit, obtinetque et quodammodo per LEGEM AUGUSTALEM *Articulo XXII.* redintegrata fuit, sed in ordine equestri, seu nobilibus secundae classis, quam nobilitatem inferiorem dicunt, id nunquam valuit, nec hodie defendi potest. Hi enim nunquam ad genus et claritatem verae et antiquae nobilitatis Teutonicae ascenderunt,

sed per occasionem feudorum seruitiorumque equestrium, supra reliquos ingenuos paulatim elati, medio inter nobiles et ingenuos gradu occupato, ordinem equestrem praerogatiuis suis clarum ornamentumque constituerunt; sed quemadmodum omnes ingenui iure matrimonii aequalis semper gauisi fuere, ita inter ordinem equestrem et ciues ingenuos id ipsum retentum, obseruatum et ad posteritatem propagatum, ex iure Romano tamen receptum et ad nobilitatem generis prolatum fuit, vt dignitas vxoris ex genere et claritate mariti existimaretur. Itaque regula ab Imperatoribus Romanorum sancita, matrimonio augeri et minui dignitatem vxoris, pro sententia recepta hodie recte statuitur, neque dubitari potest, quin virgo ciuica seu ingenua connubio legitimo maritalis nobilitatis particeps reddatur, puella nobilis contra ciui ingenuo nupta eiusdem conditionem sequatur. Equidem hoc ipsum dogma multis et rationibus et auctoritatibus comprobare possem, sed chartae temporique parco, nec in argumentis aliorum excutiendis et discernendis moror, in Saxonia certe, cuius ius inprimis hac commentatione spectamus, hoc diu receptum et obseruatum fuit, quod CARPZOVIVS *Def. Eccl. Lib. II. Def. XI.* rerum iudicatarum auctoritate firmavit, censuitque HORNIUS *Iurispr. Feud. cap. VI. §. 11.* LEYSERUS *med. ad Pand. Spec. DCLXIII. §. 11.* et memini adeo aliquot annis abhinc natum ex spona ciuica, patre nobili, rescripto Principis ad Curiam supremam Electoralem, quae hic Lipsiae est, dato, nobilem fuisse iudicatum. Ex quibus patere arbor in notione viduae nobilis et ciuicae natalium rationem non haberi.

§. II.

Iura singularia viduarum nobilium in praediis virorum praesertim feudalibus breui recensentur.

Viduis nobilibus haec fere data sunt iura, vt dotalitium exigant, donum matutinum lege definitum ex praediis maritalibus

adquirant, partem cibariorum post diem tricesimum reliquorum dimidiam habeant, et geradam lautiozem ampliozemque capiant. Singula enarrare et pluribus illustrare meum non est, praeter STRYKIVM qui dissertatione *de iure viduae nobilis Saxonicae Disp. Vol. IV. num. 14.* satis accurate exposuit, breuiter haec omnia perfecutus est REGNERUS in *practischem Handbuch vonder Gerade, den fräulichen Gerechtigkeiten und dem Heergerüthe cap. II. p. 121. seqq.* Carpzouio, Barthio, Hoffmanno, Hommelio, aliisque in subsidium auctoritatemque vocatis, ideoque haec duntaxat addam.

DOTALITIUM absque dote illata et in feudum versa non intelligi in Saxonia satis notum est, vidua igitur indotata, etiam si nobilitate praefulgeat, eodem carere solet, sed reliquis potitur commodis, nisi iure viduae ciuicae in portione statutaria ex patrimonio allodioue defuncti mariti capienda vti malit. MORGENGABAM pacto promissam cuiilibet vxori deberi, non dubitatur, sed leges Saxonicae constituerunt, vt certae ac definitae res ex praediis defuncti mariti viduam nobilem absque dotalitii contemplatione sequerentur, species huc pertinentes recensuit REGNERUS *l. c. p. 142.* Itaque huius iuris fundamentum ex sola lege repeti debet. COMESTIBILIA viduae nobili itidem ex praediis maritalibus, debita eandem rationem habent, ius ipsum morte viri adquiritur, portio autem ex eo definitur, quod post diem tricesimum, per hoc enim tempus ex communi viuatur, superest. Nec hoc ius propter dotem competit, ideoque nec inopi viduae negatur. Quamobrem omnibus in vnum coniectis et consideratis, intelligitur haec duo luca, quibus vidua inops contenta esse iubetur, pro redimendis alimentis, quae iure communi viduae indotae negari nec possunt, nec debent, praestari. Ab his iuribus discerni debet GERADA viduarum nobilium, qua plures continentur species, quam vidua ciuica post mortem mariti habet. HOMMELIUS *Rhapf. Obs. CCCXI.*

deinde in *Indice pertinentiarum* §. 54. et 71. iam animaduertit, res Geradae nobilium, praeter species Gerada ciuica comprehensas, accensitas, per errorem huc referrī, atque Morgengaba legitima contineri. Nec me poenitet eandem sequi sententiam, error autem inde manasse videtur, quod species quaedam Morgengaba illa comprehensae ex iure quorundam locorum Geradae adeo ciuicae inesse intelliguntur. At enim contradictio non est, vt eadem res Morgengaba legitima nobilibus debita et Gerada ciuica comprehendatur. Nec tamen doctrina haec legibus recepta ex iure Saxonico penitus eliminari potest aut debet.

Sunt duo alia, quae sibi stipulari solent viduae nobiles lucra, HABITATIO GRATVITA in aedibus feudalibus aut merces pro eiusdem aestimatione definita, deinde SVPERVITA, quo verbo certa quaedam edulia et alia ad vitam quotidianam necessaria, prioribus generibus non comprehensa, significantur. Vtrumque hoc lucrum non ex lege, sed ex pacto proficiscitur, eam que ob causam in numero praerogatiuarum viduae nobili tributarum ponendum non est.

Fieri potest, vt defuncti mariti hereditas et portio statutaria inde computanda lucra viduae nobili ex praediis maritalibus deputata, superet, vt vidua ciuica in casu proposito melioris conditionis, quam nobilis habeatur, quaeritur igitur, an huic posthabitis viduae nobilis praerogatiuis, iure viduae ciuicae vt liceat? equidem id affirmandum puto, quippe et ratio istorum iurium et leges Saxonicae id permittunt. Quamobrem viduae nobili optio dabitur, vtrum iure nobilis an ciuicae viduae succedere malit. Tandem nec hoc flendum, eidem quoque dotis rerumque illatarum repetitionem non denegari. Iura enim singularia in vtilitatem alicuius introducta eidem esse non debent detrimento. HOFFMANNVS in opere: *Handbuch des deutschen Eherechts cap. XI. §. 91.* multis auctoritatibus haec firmavit, sed malo legem ab AVGVSTO I. prudentissimo legumlatore P. III. *Const. XXXVII.* comprehensam, tanquam fundum huius

disputationis adscribere, Princeps ait: *Ob irgend aus Gewohnheit oder aber aus des Mannes Testament eine Frau von Rittersart etwas von Erbenimbt, so kann sie Gerade, Mustheil, Morgengabe und Leibgedinge nicht haben, jedoch siehet ihr frey, sich des Erbes zu begeben und ihrer fräulichen Gerechtigkeit zu gebrauchen, es wäre dann in der Ehestiftung oder sonst anders abgeredet und verglichen.*

Effectus, prout mors aut viri aut vxoris prior incidit, diuersi sunt, hac enim ante virum defuncta, existit casus successione ordinariae, nec lucratur maritus dotem, nisi ex singulari causa aut in hunc casum concepta stipulatione, viro autem ante vxorem mortuo, iura supra exposita exitum fortiuntur. Dotalitio per viduam electo, mox absorbetur dos et fundo cedit, illud autem in huius substantia ita radicatur, vt quilibet successor ad soluendum praestandumque teneatur. LEGISLATOR SAXO id quoque *Const. 42. P. 11.* clare fanciuit his verbis: *Unsere Räte, Facultäten und Schöppenstühle halten es richtig und unzweifelhaftig seyn, wann einer Frauen ein Leibgedinge aufgerichtet und bestätiget worden, welches sie auch beliebet und angenommen, dass dargegen ihre Mitgift und Einbringen verloesche und abgehe. Da aber derowegen wie es zu halten gewisse pacta und Vereinigungen aufgericht, dieselbige müssen zuörderst in Acht genommen und darauf gesprochen werden.* Quo facto dotalitium pro iure viduae proprio habetur, quod quasi dote et titulo oneroso adquisitum entumque neque vita luxuriosa neque iteratis nuptiis amittitur, ita tamen vt pro iure solius personae, finibus eius et rationibus inspectis, habeatur, neque cuiquam, nisi forte rei obligatae domino ac possessori cedatur, licet haec omnia impedimento non sint, quo minus secundo marito, qualem speciem tractauit MODESTINVS PISTORIS *Vol. II. Consiliorum siue Responsorum num. XIII. p. 183.* cuique consentit HARTM. PISTORIS P. I. Qu. 14. CARPZOVIVS

P. II. C. 42. D. 6. STRYKIVS c. l. num. 38. seqq. iure dotis afferatur, quamvis per naturam huius dotis ab altero marito dotalitium novum exigi nequeat. Quid? quod fructus dotalitii ab Ordine Iureconsultorum Wittebergenſi, ſecundo marito paraphernalium iure addictos fuiſſe, BERGERVS Reſponſ. P I. Reſp. 46. no. I. retulit.

§. III.

Vidua ciuica praerogatiuarum ſupra relatarum lege quidem expers, ſed pacto particeps habetur idque Ordinis Iureconſultorum Lipſienſis reſponſo declaratur.

Ciues feudorum equeſtrium poſſeſſores omnibus quidem praediorum nobilium iuribus vtuntur et fruuntur, niſi exceptiones, quarum nonnullas libello ſupra laudato obſeruauit Boehnius, doceantur, id autem ad vxores eorum viduaſque, ſi a foro, quod cum marito in praedio equeſtri habitante commune habent, receſſeris, prolatum non fuit. Ius quidem acquirendorum et poſſidendorum feudorum, niſi natura feudi obſtet, feminis eundem in modum eodemque iure in Saxonia competit, atque masculis, commodis autem viduarum nobilium non gaudent, ideoque pro recepto iure ponendum, viduam ciuicam dotalitio legitimo, etiamſi marito dotem intulerit, carere, nec morgengaba legitima, cibariis et prout inieris calculum, gerada nobili potiri. Ipla lex ſupra allata, quae mulierem nobilem, Frau von Rittersarth, adeſſe ponit, id iam ſatis declarat, atque vſus, cuius teſtes Carpz. 20 vium, Barthium, Leyferum alioſque habemus, omnem ſcrupulum eximit. At enim horum iurium et commodorum mulieres ciuicae conditionis pactis dotalibus ſtipulationibusque omnino particeps reddi poſſunt, quod quia *RESPONSO, Menſe Nouembri an. MDCCCLXXXIII.* a Collegio Iureconſultorum petito, ſatis probatum illuſtratunque reperi; labori et tempori parcendum, hoc potius ſilo conſueto addendum exiſtimaui. His verbis comceptum fuit:

Auf die an uns gethanen sechs unterschiedenen Fragen erachten Wir:

Und anfangs auf die erste Frage:

Ist Sempronia, eine Jungfrau bürgerlichen Standes, mit einer Mannsperson von gleicher Geburth, einem Ritterguthsbesitzer in eheliche Verbindung zu treten, demselben auch ein Heyrathsguth zuzubringen, jedoch darüber, sowohl überhaupt eine Eheftiftung zu errichten gefonnen;

So will dieselbe:

Ob sie so gut als eine Jungfrau adlichen Geschlechtes ein Gegenuermächnis, nach der Größe des Heyrathsguths, auf ihres Bräutigams Ritterguth sich verschreiben zu lassen und Kraft der Eheftiftung nach ihres Ehegenossen Tode, für jedes, sowohl das Heyrathsguth, als das Gegenuermächnis, Zehen von hundert, nach Leibgedingsart und Gebrauch, auf eine zu Recht befändige Art zu fordern befugt?

des Rechten belehret seyn.

Ob nun wohl vermeinet werden könnte, dass dieienigen Vortheile, welche den Wittben adlichen Standes in den Gütern ihrer verstorbenen Ehegatten zukommen, einer Wittbe bürgerlichen Standes nicht zugesprochen werden dürften, immasen letzterer die Portio statutaria, so wie ersterer das Leibgedinge, nebst den übrigen in den Rechten begründeten Vorzügen eigen zu seyn scheinen, die Gesetze überhaupt auch, wenn sie von dem Leibgedinge reden, adlicher Wittben gedenken, und diesen, in Betracht dass Rittergüther zu der statutarischen Portion nicht gerechnet werden, einige Vortheile gönnen, auch in Sachsen, nach Inhalt der

Const. Elect. XXXVII. P. III.

Gerade, Mustheil, Morgengabe und Leibgedinge einer Frau von Rittersart beygeleget und dieses alles ihre fräulichen Gerechtigkeiten benennet werden,



D. a. u. d. der Bürgerstand in Churfachsen und incorporirten Landen, dergestalt privilegiret, dass er in Ansehung des Erwerbs und Besitzes der Rittergüther dem Adel vollkommen gleich geachtet worden, anerwogen die beyden Kaiser LUDEWIG und CARL der vierte, unter Vorsprache und mit Genehmigung der damals regierenden Landesherren in den deshalb ertheilten Privilegien von den Jahren 1329, und 1350, solches mit folgenden Worten ausdrücklich erkläret:

ciuibus ac oppidanis per principatus terras et ciuitates suas, quas nunc possidet, (Fridericus Illustris Marchio) et possederit in futuro, inhabitantes, hanc gratiam facimus specialem, quod ipsi bona feudalia, quae Quiritibus proprie debentur, emere vel quouis alterius contractus titulo recuperare valeant, nobilitantes praefatos ciues et oppidanos vniuersos ad quaelibet bona feudalia vndecunque vel a quocunque descendencia, sic quod de eis ac eorum prouentibus libere gaudere possint, et ea cum omnibus suis iuribus tanquam priores naturales vasalli — queant abhinc inantea liberaliter possidere,

wie solche beym

SCHILTER *ad ius feudale Aleman. p. 125.*

LÜNIG *Corp. Iur. Feud. T. II. p. 546.*

KREYSIG *in der diplomatischen Nachlese zur Geschichte von Oberachsen, im ersten Theil. p. 69.*

LUDEWIG *in Reliquiis manuscriptorum V. IX. p. 680.*

auch an mehrern Orten zu lesen, und hieraus schon, daß einem Ritterguthsbesitzer bürgerlichen Standes, seiner Ehegenossin ein Leibgedinge gegen eingebrachtes und ins Lehn verwandtes Heyrathsguth zu verschreiben nachgelassen, zu folgern stehet, solches auch nach den neuern Churfächsischen Rechten und der Observanz keinem Zweifel unterworfen, immasen die

Conf. Elect. XXXXII. P. II.

überhaupt: wenn einer Frauen ein Leibgedinge aufgerichtet und bestätigt worden, welches sie auch beliebt und angenommen, daß dagegen ihre Mitgift und Einbringen verläsche und abgehe, verordnet, daß aber unter den Worten: wenn einer Frauen, nicht nur Wittben adlichen, sondern auch bürgerlichen Standes zu verstehen, alle Regeln der Erklärung erheischen, solches auch die Obfervanz, nach bewährter Rechtslehrer Meinung;

BERLICH *Par. II. Concl. 50. no. 78.*

CARPZOV. *P. II. C. 42. D. 2.*

bestätiget: das hingegen, was aus der 37sten Churfürflichen Constitution des zweiten Theils oben angeführt worden, nur von der Instat-Erbfolge anzunehmen,

CARPZOV. *P. III. Conf. 37. D. 1.*

also auf den Fall, wenn Eheverträge über Bestellung eines Leibgedinges geschlossen worden, keinesweges zu erstrecken, auch das Herkommen, daß nämlich das ins Ritterguth verwandte weibliche Einbringen mit 10. vom hundert, sowohl das Gegenvermächtnis, im Falle dergleichen ausdrücklich verchrieben worden, eben so hoch verzinset werde, da solches selbst das

Neueste Lehnsmandat vom Jahr 1764. Tit. VI. §. 1.

anerkennt, keinem Zweifel unterworfen:

So ist Sempronia, so gut als eine Jungfrau adlicher Geburth, aus ihres zukünftigen Ehegemahls Ritterguth ein Gegenvermächtnis, so hoch, als das ihm zugebrachte Heyrathsguth steigt, sich auszumachen und auf den Fall des Wittbenstandes von jeglicher Summe 10. vom hundert alljährlich sich zum Leibgedinge auf das Ritterguth verchreiben zu lassen, für berechtiget zu achten.

Zum andern und auf die zwote Frage: Will obbenannte Sempronia:

Ob sie, wenn sie auf des Ehemannes Ableben den Rückfall und die Wiederbezahlung ihres Eingebachten sich in der Eheftiftung ausmachet, dem ohngeachtet, die in Ansehung des Gegenvermächtnisses verschriebenen Zinsen zu 10. vom hundert, nach Inhalt des Versprechens, die Zeit ihres Lebens zu fordern berechtiget?

Unfere in den Rechten gegründete Meinung vernehmen.

Ob nunwohl den Rittergutsbesitzern, in Betracht des ihnen zugebrachten und ins Lehn verwandten Heyrathsguthes, die Verschreibung eines Leibgedinges zum Besten ihrer Eheweiber nachgelassen, immasen das Ritterguth dadurch verbessert und daher ein ieder Nachfolger und Besitzer des Lehens, worauf ein Leibgedinge begründet worden, zur Bezahlung der verschriebenen Zinsen verbindlich geachtet wird;

HORN *Iurispr. Feud. cap. XXI. §. 7.*

die Rechte auch ausdrücklich, das wenn eine Wittbe ansehnliche und die Zinsen ihres Eingebachten übersteigende Einkünfte aus ihres Ehemannes Gütern empfänget, verordnen, das solchen Falls das Heyrathsguth in den Gütern bleiben und auf keine Art zurük gefordert werden solle;

STRUBENS *Nebensunden im Vten Theil 37ste Abhandlung,* welches denn auch das rechtliche Sprichwort: Leibguth schwindet Hauptguth, satflam bewähret;

HERTIVS *de paroemiis iuris Germanici Lib. II. par. 22.*

wannhero, als ob ein Vertrag, wodurch die Wittbe eines Ritterguthsbesitzers sich den Rückfall ihres Heyrathsguthes, mit Vorbehalt derienigen 10. Procent jährlicher Reuenüen, welche ihr als Gegenvermächtis ausgefetzt worden, den Rechten zuwider, also null und ungültig wäre, es den Anschein gewinnen möchte;

D. a. u. d. Privatpersonen und Eigenthümern überhaupt dasienige,

was die Gesetze in Rücksicht auf mein und dein verordnet, abzuändern nachgelassen, dieses auch in Ansehung des Heyrathsguthes und Leibgedinges nicht bezweifelt werden mag, da diese Sachen eines Theils das Priuateigenthum betreffen, andern Theils nach deutschen Rechten und Herkommen, als ein gewöhnlicher Gegenstand der Eheverträge bey Ritterguthsbefizzern zu betrachten, in Churfachsen auch, nach Inhalt der

Const. Elect. 42 P. II.

dafs dergleichen Verträge zuörderst in Obacht zu nehmen und nach solchen zu sprechen sey, ausdrücklich verordnet, mithin die Rechtsbeständigkeit obigen Vertrags unter den Partheyen keinesweges zu bezweifeln, jedoch dabey zu bemerken, dafs die Rückzahlung des Heyrathsguthes, da solche allein auf einem Versprechen beruhet, nicht aus dem Lehen, auch nicht von iedem Lehnsbefizzer, sondern nur aus dem Allodialnachlas des Versprechers und von dessen Erben gefordert werden mag, es sey denn dafs der Lehns-Erbe sich durch seine Einwilligung dazu verbindlich gemacht habe, immafen auch im vorliegenden Falle, nach einiger Rechtslehrer Meinung,

CAROLOV. P. II. Const. 44. D. 12.

die Einbringung und Verwendung des Heirathsguthes in das Lehn, annoch bei Lebzeiten des Ehemannes, welcher das Leibgedinge verfhrieben, daneben aber den Rückfall des Heyrathsguthes versprochen hat, zu bewirken stehet;

So ist Sempronia, wenn sie auch ihr Heyrathsguth, nach Maasgabe der Ehestiftung von den Land-Erben ihres zukünftigen Ehegenossen, oder dessen Lehnsfolger, daferne dieser sich dazu verbindlich gemacht, zurück erhalten, dieienigen 10. Procent, welche ihr, als Gegenvermächtnis verfhrieben worden, aus ihres Ehegatten Ritterguthes zeitlebens zu fordern allerdings berechtiget.

Zum dritten und auf die dritte auch vierte Frage; will obgedachte Jungfrau;

Ob sie auf dem Rittergute ihres Bräutigams, nach dessen Tode, freie Wohnung oder an deren Statt ein Hausgeld, nicht minder, ob sie neben der bürgerlichen Gerade, auch die adliche samt der Morgengabe und dem Mustheile in den Eheverträgen sich stipuliren könne?

von Uns belehret seyn.

Ob nun wohl nach sächsischen Rechten der Wittbe eines Ritterguthsbesitzers weder freie Wohnung auf dem Rittergute, noch ein Hausgeld gebühret, auch eine Wittbe bürgerlichen Standes, wenn deren Ehegatte gleich eines oder mehrere Rittergüther befessen, weder die adliche Gerade, noch die in den Gesetzen bestimmte Morgengabe und Mustheil zu fordern berechtiget;

CARPZOV *P. III, Const. 3. Def. I.*

HOMMEL *Pertinenz und Erbsonderungs - Register, Einleitung §. 66. sqq.*

vielmehr mit dem statutarischen Erbtheile unter Einwerfung dessen, was sie eigenthümlich besitzt, sich begnügen lassen muß

LEYSER *med. ad Pand. spec. 664. med. II. und 12.*

dahero denn, als ob Sempronia obiger Gerechtigkeiten für unfähig zu halten, gefolgert werden möchte;

D. a. u. d. einem Ritterguthsbesitzer eben so wenig, als einem andern Eigenthümer unterfaget, seiner Ehegattin auf den Todesfall eines und das andere zu verschreiben, mithin der Braut eines Ritterguthsbesitzers, wenn selbiger gleich nur von freyer bürgerlicher Geburth ist, nicht verwehret werden mag, dasienige, was die Gesetze adlichen Wittben gönnen, von ihrem zukünftigen Ehegenossen sich versprechen zu lassen, solches auch nach Churfächsischen Rechten keinem Zweifel unterworfen, indem dieses der Sinn und die Verordnung der

Conf. Elect. XXXVII. P. III.

deutlich befaget, sowohl deffen Gebrauch und Observanz aus dem, was

Carpzov c. 1. Def. 7.

angeführet, fattfam erhellet, überdieß das sogenannte Hausgeld, nicht minder das, was zu der adlichen Gerade, der Morgengabe, und dem Mußtheile gerechnet wird, als Allode und Erbezu betrachten, folglich des Versprechers Landerben, ingleichen die Lehnsfolger, welche zugleich Landerben geworden, oder beydes zugleich werden müßen, immafen auch dieser Forderung halber die Lehnserven, als folche nicht in Anspruch genommen werden mögen, obiges alles zu erfüllen pflichtig;

So ist der Sempronie auf dem Ritterguthе ihres Bräutigams freye Wohnung auf den Fall des Wittwenstandes oder an deren Statt ein Hausgeld, ingleichen die adliche Gerade, samt der gefezlichen Morgengabe und dem Mußtheile sich auszudingen unverwehret.

Zum vierten und auf die fünfte Frage; wird zu wissen begehret: Ob Sempronia an den Gütern ihres zukünftigen Ehegemahls in Anfehung ihres Heiratheguthes, sowohl deffen, was sie von ihrem vorbehaltenen Vermögen demselben etwann noch zu zuwenden Willens, sich eines stillschweigenden Unterpfandes zu erfreuen habe?

Ob nun wohl bekannten Rechtens, daß stillschweigende Hypotheken auf Lehen und Rittergüter der Regel nach, nicht ausgedehnet werden dürfen, da eines Theils das stillschweigende Unterpfand aus den römischen Rechten erwachsen, diese aber von den Lehnen nichts wissen, andern Theils einem Vassallen die Substanz des Ritterguths ohne Lehnherrlichen Consens und der Mitbelehnten Einwilligung zu verhypotheciren nicht nachgelassen, folglich als ob den Eheweibern kein stillschweigendes Unterpfand an



den Lehnen ihrer Ehemänner beygeleget werden könne, es den Anfschein gewinnen möchte;

D. a. u. d. fo viel die stillfchweigenden Hypotheken in Beziehung auf Rittergüther betrifft, die Rechte eines jeden Landes befonders in Obacht zu nehmen und nach Churfächfifchen Gefezzen einem Eheweibe in Anfehung des Heyrathsguthes, welches fie einem Ritterguthsbeſitzer zugebracht, im Falle fie nicht verleibdinget worden, ein stillfchweigend Unterpfind mit Vorzugsrecht ausdrücklich verſtattet worden,

Conſt. Elect. XXVIII. Parte I.

Churfächfifche Proceſordnung tit. XXXXIII. §. 3. u. tit. XXXXV. §. II.

CAZOV. P. I. Conſt. 28. D. 93.

HOMMEL Rhaps. Obf. 214.

iedoch folches auf bona receptitia, wenn ein Eheweib dergleichen ihrem Ehemanne zugewendet und überlaſſen hat, nicht zu erſtreken;

Churfächfifche Proceſordnung tit. XXXXIII. §. 2.

ob ihr ſchon nach Inhalt vorangezogenen Gefezzes ſich deshalb eine ausdrückliche Hypothek verſchreiben zu laſſen, unbenommen :

So hat Sempronia an dem Rittergute ihres künftigen Ehegeſonnen zwar in Anfehung des Heyrathsguthes, keines weges aber der receptitorum halber, ein ſtillfchweigend Unterpfind zu genießen, ſie kann iedoch zu Sicherung der letztern ſich eine ausdrückliche Hypothek gar wohl beſtellen laſſen.

Zum letzten und auf die ſechſte Frage; will man darüber :

Ob die oberwähnte Eheſtiftung, befonders bey den angegebenen Inhalte und Bedingungen eine Landes- und Lehnsherrliche

Confirmation zu ihrer Rechtsbeständigkeit schlechterdings nöthig habe?

aus den Rechten vergewissert seyn.

Ob nun wohl einem Vassallen über die Substanz des Lehnes, ohne Lehnsherrliche Einwilligung zu disponiren, keines weges nachgelassen und solches auf alle Fälle der Verbindlichkeit des Lehnes, als welche unter den Veräußerungsfällen begriffen, auszu dehnen, dieses auch, daferne bey einem Ritterguthes Mitbelehnthe sich befinden, von selbigen gleicher maassen zu verstehen, auch einige Rechtslehrer, besonders

ADAM KOPP von *Verwiedemung der Lehnsgüter; im ersten Theil der Proben des deutschen Lehnrechts p. 187.*

dafs eine Leibgedingsverschreibung zu ihrer Rechtsbeständigkeit, die Lehnsherrliche Einwilligung schlechterdings erfordere, zu behaupten bemühet gewesen, daher denn, als ob die angezogene Eheftiftung ohne Landes und Lehnsherrlichen Consens zu Recht nicht bestehen möge, vermeinet werden dürfte;

D. a. u. d. nach deutlicher Maasgabe der Rechte, die Freyheit, verbindliche Eheftiftungen über sein Vermögen zu schliessen einem iedem zufohet, wenn nur der den nächsten Anverwandten gebührende Pflichtheil, sowie die Rechte einer dritten Person, dadurch nicht geschmälert werden, solches auch bey einem Ritterguthsbesitzer anzunehmen; hiernächst der Inhalt oftangezogener Verträge so beschaffen, dafs sie den Lehnsherrlichen Rechten auf keine Art zum Nachtheile gereichen können, anerwogen

I.

Die Leibgedingsverschreibung gegen eingebrachtes und zum Besten des Lehns verwandten Heyrathsguthes, als Verbesserung des Ritterguthes zu betrachten, der Lehnsherr also selbige, als etwas so dem Lehne nachtheilig anzusehen nicht vermag, vielmehr

derfelbe, fowohl ein ieder Lehnfolger, nach deutſchen, beſonders nach Sächſiſchen Rechten,

MEVIUS *Decif. .P VIII. cap. 355.*

CARPZOV. *P. II. C. 42. D. 5.*

STRYK *diſf. de iure viduae nobilis Saxonicae cap. I. {num. II.*

HORN *Iurisp: Feud. Cap. XXI. §. 7,*

ein auf eingebrachtes und in das Lehn verwandte Heyrathsguth begründetes Leibgedinge, wegen der darinnen liegenden aus der verſone in rem erwachſenen Verbindlichkeit, als zu Recht beſtändig anzunehmen pflichtig, in Churfächſen auch daran um deswillen nicht zu zweifeln, weil nach ausdrücklichem Inhalte des

Neuen Lehnsmandats vom Jahr 1764. Tit. VI. §. 1.

ein in Eheſtiftungen ausgemachtes Leibgedinge und zwar das darunter begriffene Ehegeld und Gegenuermächtnis, jedes mit doppelten Zinſen, alſo mit 10. Procent, unter die Lehnsſchulden gezählet worden; fowohl überhaupt die Gründe, welche einige Rechtsgelehrte zu Behauptung des Gegentheils angezogen, nur von den Leibgedingslehnen und den Fällen zu verſtehen, in welchen ohne eingebrachtes und in die Subſtanz des Lehnnes verwandtes Heyrathsguth eine Leibgedingsverſchreibung errichtet, oder in Churfächſen ein mehreres, als die gewöhnlichen doppelten Zinſen der Wittbe ausgeſezzet worden, mithin auf vorliegenden Fall nicht erſtrecket werden mögen;

II.

Die ſtipulirte Rückzahlung des Heyrathsguthes mit Vorbehalt des Gegenuermächtniſſes zu 10. Procent gerechnet, die Realverbindlichkeit des Ritterguthes aufzuheben nicht vermag, da nach dem, was oben ausgeführet worden, die Wiederbezahlung des Eingebachten aus dem Allodialuermögen des Vaſſallen, daſerne nicht Land und Lehns - Erbe in einer Perſon vereiniget zu befinden oder

letzterer sich dazu verbindlich gemacht, bewirket werden muß, folglich in Betracht, daß die versio dotis in rem feudalem bey den Lehns - Erben mit der darauf begründeten Verbindlichkeit verbleibet, die Nothwendigkeit einer Landes - und Lehnsherrlichen Bestätigung nicht zu befinden gewesen;

III.

Ein Vassall seiner Ehegenossin nebst dem Leibgedinge, wenn letzteres nicht in dem Genuß ganzer Güter bestehet, annoch freye Wohnung in seinem Guthe auf den Fall des Wittbenstandes oder an deren Statt ein Hausgeld, nicht minder die adliche Gerade samt der Morgengabe und dem Mustheile, wenn gleich beide Ehegatten vom Bürgerstande sind, zum Witthum aufzusetzen, allerdings berechtiget, inmaßen er dadurch zwar seine Erben, keinesweges aber den Lehnsherrn oder das Ritterguth verbindlich machet, folglich dazu eines lehnsherrlichen Consensus nichtbedarf, solches auch von der freyen Wohnung, wenn Land und Lehns - Erbe in einer Person vereiniget, anzunehmen stehet, außerdem aber der Lehns - Erbe, wenn er nicht ausdrücklich oder stillschweigend seine Einwilligung gegeben, eben so wenig, als der Lehnsherr, wenn ihm das Ritterguth, als eröffnetes Lehn zufallen sollte, an dieses Versprechen gebunden, obsehon solchen Falls die Landerben das ausgemachte Wohngeld zu erlegen, sich nicht entbrechen können;

IV.

Auch hier zu Erlangung des stillschweigenden Unterpfandes in Ansehung des Heyrathsguthes zwar die Vollziehung der Ehe mittelst priesterlicher Trauung, sowohl Einbringung des Heyrathsguthes vor oder nach vollzogener Ehe, im übrigen aber Lehnsherrlicher und Agnaten Consens keinesweges erforderlich;

So ist zwar nicht zur Rechtsbeständigkeit oberwählter Ehe - stiftung eine Landes - und Lehnsherrliche Bestätigung, wohl

aber zu Erlangung einer Hypothek in Ansehung der dem Ehegemahl überlassenen bonorum receptitiorum, nicht minder zum Erwerb eines Realrechtes in Betracht des stipulirten Wittbensitzes auf dem Ritterguth, zu beyden auch die Einwilligung der Mitbelehnten, daferne dergleichen bey dem Lehne befindlich, erforderlich, es mag iedoch die Landes- und Lehnherrliche Bestätigung, sowohl die Einwilligung der Mitbelehnten, wenn solche zu erlangen, als eine in vielem Betracht nützliche Cautel, so viel möglich, nicht verabfümet werden.

Haec hactenus, quosdam huius responsi locos ex antiquitatibus pluriumque territoriorum iuribus illustrare paraueram, sed sciens prudensque hoc nunc omitto, properans ad id, quod mihi hanc scribendi opportunitatem attulit, denunciandum. Decreuit Ordo noster

V I R O

DOCTISSIMO ET CONSVLTISSIMO

FRIDERICO AVGVSTO EICHHOFFIO

IURIS VTRIVSQUE BACCALAVREO

Summos in vtroque Iure Honores; qui de vita sua haec mihi perfero:

Natus sum Dresdae d. 13. Mart. 1769 patre Georgio Henrico Eichhoffio, cive Dresdensi, viro probo ac honesto, carissima matre Christiana Carolina ex gente Blamensi, quos parentes ut Deus optimus maximus per longissimum tempus iucolantes saluosque conservet pie precor. Iis fuit educatio mea curae maximae, cum dogmatibus religionis, praecipuis tam mortuis quam vivis linguis, historia, mathefi aliisque bonis artibus erudiendi causa a prima iuventute me committerent doctissimis praeceptoribus, inter quos WELKIO Professore ethices, cuius saluberrimis institutionibus ob eius nimis mihi maturum et a me deploratissimum obitum non nisi per breve temporis spatium privatim uti contigit, M. BEUTLERO Conrectori et M. HAENTSCHELIO collegae tertio scholae Crucianae Dresdensis, quorum privatissimis et publicis dum per triennium huius scholae extraneus erom, imbutus sum doctrinis, aequae ac M. LIPSTO, qui, ut studio academico par essem, operam privatim adhibuit eximiam mihi quae amicissimus est, permultum debeo.

Annis septemdecim fere completis post festum S. Michaelis anno 1786 beato REILIO celeberrimae academiae Lipsiensis Rectore inter cives academicos receptus scholas SEIDLIZII, PLATTNERI, BECKII, WIELANDI philosophiam historiamque egregie docentium secutus, nec non IVNGHANSII Consiliarii aulici, bb. Winkleri et Schotti, quorum amborum cineres quoad vivam semper veneraturus sum, RAUUI, KINDII, curiae provincialis supremae et scabinatus Lipsiensis Assessoris, ARNDII, EINERTI praelectiones in diversis iuris partibus sedulo frequentavi excellentissimas, omnibus quibus viris illustrissimis et Iuriumconsultissimis tantum, quantum hominem homini debere fas est, me debere gratissimo animo agnosco. Theibus iuris controversi Praeside illustr. RAUUIO d. 26. Nov. 1789. defensus a celeberrimo Iure consultorum Ordine Lipsiensi d. 29. Mart. subsequenti anni Notarius publicus creatus eodemque die examine quod vocant pro candidatura et praxi superato, prae caeteris et omnino dignus iudicatus, examen rigorosum d. 15. Apr. 1791. sustinui. Postea ad lares meos reversus, a Regimine electorali aulico approbatis specimenibus duce MÄLLERO, Fiscii electoralis procuratore, de me meritissimo et carissimo amico, causis forensibus exercitii causa elaborandis occupatus fui, usque dum anno 1792. quo defunctus Comes generos. à Schoenberg Caesaris eligendi et coronandi causa Francosurti ad Moenum iterum legatus primus electoralis mittebatur, eius secretarius privatus esse et acta ac protocolla ibi legere, deinde vero in conventu statuum Electoratus Saxoniae an. 1793. Dresdae habito, insignis honor secretarii ordinis equitum amplioris (des weitem Ausschusses) mihi contigit. Quo facto Viennam profectus a mense dicti anni usque ad Iulium Anni delapsi non solum privatissimus processus imperii aulici praelectionibus celebratissimi BRAINLII, Professoris et Consiliarii, ex cuius doctrina eximia permultum utilitatis percepisse, quemque semper me culturum esse palam profiteor, quotidie interfui, sed quoque a nuperrime defuncto Agente imp. aul. MATOLAEO oblata occasione, acta apud eum legendi exoptatissima, per aliquot tempus usus sum.

Domum redux numero advocatorum adscriptus in posterum causis forensibus navabo operam.

Vt autem maiore splendore clientumque fiducia Vir Optimus Doctissimusque patriae civibusque suis prodesset; nos adiit precibus, vt summam iurisprudentiae lauream Ipsi, vtroque examine feliciter superato iam decretam, concederemus. Non potuimus non

desideriis eius honestissimis annuere, sed vt reliquis etiam, quae lege ac more praestanda sunt, faceret satis, et supremos in vtroque iure honores rite capesseret, die XVIII. Mensis Maii hora pomeridiana II.

L. 2. C. de rescindenda venditione,
lectione cursoria in auditorio iureconsultorum illustrabit, posteroque disputationem;

De puncto deuolutionis disquirendo in appellatione ad summa imperii tribunalis,
sine Praefide defendet, quo facto Vir Illustris atque Amplissimus CHRISTIANVS RAV Iuris Vtriusque Doctor, Pandectarum Professor Publicus Ordinarius, Collegii Iureconsultorum et supremae Curiae Electoralis Saxonicae Adfessor, Ecclesiae cathedralis Numburgensis Canonicus ec. Collega Honoratissimus, cui Promotoris munus Procancellarius rite constitutus delegauit, Summos in Vtroque Iure Honores cum omnibus iuribus atque priuilegiis, excepto vno succedendi iure in Ordine Nostro, Ipsi conferet.

Atque vt illustriora sint nouae dignitatis auspicia, rogamus VOS, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, ILLUSTRISSIMI COMITES, PROCERES VTRIVSQUE REIPUBLICAE GRAVISSIMI GENEROSISSIMI NOBILISSIMIQUE COMMILITONES omni qua decet obseruantia, vt indictam disputationem et solemnitatem VESTRA praesentia laetio rem splendidioremque reddere velit, quam quidem beniuolentiam, omni, qua fieri potest obseruantia, demerere studebimus.

P. P. in Vniuersitate studiorum Lipsica Dom. Exaudi anno
C1D10CCLXXXV.



Leipzig, Diss., 1795 A-E

V078

ULB Halle

006 609 724

3



SB





PROCA
D. CHRIST
BI
CVRIAE SVPREMAE EL
TATIS IVRIDICAE A
CIVILI

SVMMOS IN
VIP
FRIDERICO A
IVRIS VT
A. D. XIX

Praemisso obseruat
f
De iuribus viduae ci
marito f

1795, 11.

LOB

T FACVL-
IVRIS

OFFIO

feudalis

Saxonicis

